

armārium, ii. subs. n. FORMA f. armaria, ae; n. dem. armariolum^{x1} PLAUT Truc 55. armariola Graeca. ETYM adi. *armarius. DROM cast. armario, cat. armari, fr. aumaire, armoire; it. armadio, rum. almar. [FREQ humilis 34^{indicia} 2^{/d.c.m.} 234-149 CATO] uocabulum commune, pro indiciorum numero rarum, sed abundantius certe fuit quam transmissum est, scriptorum uarietate probante; scriptis litterariis omne genus praeter lyricum, omnibus temporibus, omnibus usibus specialiter quotidianis aptum; necnon technicis apparet sine sensu proprio.

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
OPERUM	exponendo	4	1,3
	narrando	9	1,7
	argumentalis	17	2,4
	dramatica	3	6,8
	satirica	1	5,2
DIACHRONICA	III-II aec.	4	10
	I aec.	7	2,5
	I-II ec.	10	2,6
	III-V ec.	13	1,4
DIAPHASICA	quotidiana	5	8,7
	media	26	1,9
	docta	3	1,4
DIASTRATICA	litteraria	30	2,2
	technica	4	1,4
MODUS	prosa	28	2
	uersu	6	2,6

¶ **a** (ab arma ut 'utensilia') capsula qua utensilia supellexque domi seruarentur; eo, contra usus nostros, uestes non condebantur, sed arca; at ad maiorum imagines seruandas aptius erat, item domi deos, libros ornamentaque • mueble donde se guardaban utensilios y enseres domésticos: armario, estante, aparador o librería; frente al uso moderno de 'armario', no era este el mueble normal para guardar la ropa, pues se prefería arca 'baúl'; tenía como destino específico, entre otros, guardar las imágenes de los antepasados o de los númenes domésticos, libros y objetos de valor [HYPER supellex HYP arca^a, caliclar^b SIM abacus^a, capsarium, promptuarium] 234-149 CATO 11.3. arcam uestiariam I, armarium promptarium I. 254-184 PLAUT Capt 918. cocum percontabatur, possentne seriae feruescere. cellas refregit omnis intus reclusitque armarium. 201 PLAUT Epid 308. ex occluso atque obsignato armario decutio argenti tantum quantum mihi lubet. Men 531. spinter est quod olim clanculum ex armario te surrupuisse aiebas uxori tuae. 56 CIC Cael 52. Tune aurum ex armario tuo promere ausa es? 30-22 VITR 7.praefatio.7. certis armariis infinita uolumina eduxit. 60 PETR 29. grande armarium in angulo uidi, in cuius aedícula erant Lares argentei positi. 79 PLIN Nat 35.6. expressi cera uultus singulis disponebantur armariis, ut essent imagines, quae comitarentur gentilicia funera. 96-113 PLIN Epist 2.17.8. Parieti eius in bibliothecae speciem armarium insertum est, quod non legendos libros sed lectitandos capit. 100-128 IUV 7.11. uendas potius commissa quod auctio uendit stantibus, oenophorum, tripedes, armaria, cistas. 160 GELL 7.4.4. nobilissimos Poenorum captiuos ... in armario muricibus praefixo destitutos eademque insomnia cruciatos interisse. 400 HIST AUG Tac 8.1. habet in bibliotheca Ulpia in armario sexto librum elephantinum. 405 PRUD Apoth 377. quae iam littera Christum non habet, aut quae non scriptorum armaria Christi laude referta nouis celebrant miracula libris?  DIG 1.15.3.2. Effracturae fiunt plerumque in insulis in horreisque, ubi homines pretiosissimam partem fortunarum suarum reponunt, cum uel cella effringitur uel armarium uel arca. ISID Orig 18.5.1. Arma generaliter omnium rerum instrumenta sunt; unde et ubi reponuntur, armaria dicta sunt.

hic usus ad arma militaria certe quondam retulit, qui sensus postea deperditum est ut ad armamentarium transiret • este uso ha experimentado seguramente una concreción referida a las armas, perdida luego debido a la competencia de armamentarium  VARRO Ling 5.28. ISID Orig 15.4. Armarium locus est ubi quarumcumque artium instrumenta ponuntur. Armamentarium uero, ubi tantum tela armorum.

b ARQ aedificium funerarium • monumento sepulcral [HYPER aedificium funerarium SIM ~sepulcrum] INSCR CIL 6.1600.10. Armarium distegum cum taberna et hortulo.